




376


265 Cane
Pene


Palto











XXIII-346

NA 709680

R 14.503

TRIUMPHVS
IESV CHRISTI
CRVCIFIXI

per
R.P. Bartholomæu Riccium
à Castro-Fidardo
SOCIETATIS IESV.

ANTVERPLÆ
Adrianus Collaert
figuras sculpsit.



Narrationem Historicam, quæ TRIUMPHVS illustratur,
typis Plantinianis excudit Petrus Moretus, M.DC.VIII.



Es de Fr. Sabato de los Arcos
me lo dieron en la Guardia
año del 790

Admodum R.P.
CLAVDIO
A QVAVIVÆ
PRÆPOSITO GENERALI
SOCIETATIS IESV.



ELIGIOSOS suæ
professionis ob-
seruantes Marty-
rum pænè loco
habet ac nunci-
pat S. Bernardus; ^{Cant. ser. 30.}
ob continuas sci-
licet mortificationes, quas vel ipsi sua
sponte suscipiunt, vel ab aliis inflicitas
æquo atque hilari animo sic perfe-
runt, ut Davidicum illud usurpare iu-
te possint: *Propter te mortificamur to-* ^{Psal. 43. 22.}
to die; facti sumus sicut oves occisionis.

Curam rursus solicitudinemque do-
mesticam, qua patres familias agi an-
giique solent, quamuis non alio quam
naturæ leui illo & instabili amore ni-
tatur, C R V C I S tamen appellatione
^{Epi. 3.} honestare non dubitat S. Augustinus.

Quorum ego tam grauium auctorum
ductus exemplis, minimè, opinor,
aberrabo, si quod semper existimaui,
semperque prædictaui, ac re ipsa ex-
pertus sum, id concludam; Religio-
sos, qui in benè constitutis legumque
suarum studiosis Ordinibus (cuius-
modi Dei beneficio est nostra hęc mi-
nima Societas I E S V) aliorum curam
sustineant, eos & Martyres & C R V-
C I F I X O S videri: quippe quos cæle-
stis, fortisque mortis instar, dilectio in-
flamat: quae facit, ut tum ipsi peni-
tus inquirant in sese, atque ipsi sese
^{1. et 3.} obseruent, ut non sint *dominantes in*
cleris, sed forma facti gregis ex animo;
tum

tum suorum casus omnes ita suos du-
cant, vt cum Apostolo eis dicere li-
ceat: *Quis infirmatur, & ego non in-*
firmor? quis scandalizatur, & ego non
uror? Quòd si vni cuiquam loco præ-
esse C R V X est, multoqué maior Pro-
uinciam integrum administrare; quod
iudicium de illo erit, qui plurimas re-
gat, easque non certa quadam terræ
plaga conclusas, sed toto quâ patet
mundo, ad noui usque orbis fines, lon-
gè latéque diffusas? cuíque & illa quo-
dammodo cōueniant; *Instantia mea*
quotidiana, sollicitudo omnium Eccle-
siarum. Sanè si veros Martyres, qui
corporum suorum cruciatu vitæque
exitu agonem peragunt, extraordina-
rio Dei auxilio egere dicimus; & hos
etiam spirituales nostros Martyres &
C R V C I F I X O S multis iisque maxi-
mis subsidiis, adminiculis, leuamen-
tisque refici & sustentari necesse est:

A 3 quando

2. Cor.
11. 29.

2. Cor.
11. 28.

quando pr̄fertim in ista eorum C R V-
C E ad cæteras molestias ipsa quoque
supplicij diuturnitas accedat, quam in
materiali cruce acerbissimam iudicat
*Trad.
36. in
lōan.*
S. Augustinus, cùm dicit *nibilea peius*
fuisse inter genera mortium: causam
enim hanc refert: *Qui pendentes in li-*
gno C R V C I F I X I producta morte ne-
cabantur: non enim crucifigi hoc, erat
occidi: sed diu viuebant in C R V C E;
non quia longior vita eligebatur, sed
quia mors ipsa protendebatur, ne dolor
citius finiretur. Mihi ergo in has illo-
rum ærumnas intuenti, causasque re-
putanti, cur tantum adiumenti ex
Scripturæ sacræ lectione capi censeat

Moral. D. Gregorius (quę nimirum, dum nar-
rat gesta Sanctorum, ad imitationem
corda prouocat infirmorum: dumq; il-
lorum victoria facta commemorat,
contra vitiorum prælia debilia nostra
confirmat; fit q; verbis illius, ut eō mens
minus

minus inter certamina trepidet , quo
ante se positos tot virorum fortium
triumphos videt) spes minimè dubia
affulget, posse hoc etiam **T R I V M P H O**
nostro nonnullam opem illis afferri ;
ut qui tot Martyrum trophæa & ex-
empla non expressa modò litteris sub
aciem mentis, sed sub ipsos etiam ocul-
los imaginibus efficta subiiciat: ita qui-
dem ut nullus sit anni mensis , in quo
non vnum aliquem plurēsve habeant,
ad quem se conuertant. quasi vel hinc
etiam appareat **C R V C E M** (quod idem
S. Augustinus affirmat) lignum illud ^{Homo.}
_{18.} vitæ esse, quod Ioannes Apostolus in
sua Apocalypsi vidit *per menses fin-*
gulos reddens fructum suum. Hoc ve-
rò quidquid est libelli ut R. A. P. T.
(quam inter hosce Martyres **C R V C I-**
F I X O S vnum etiam sibi cognominem
habere agnatum est) dedicandum sta-
tuerim, fecit partim debitus in com-



munem parentem nostrum amor &
obseruantia , partim alios quoque iuu-
andi studium ; si ad eos fortè , quos
ipsa in dies ad grauissimæ maximæque
C R V C I S suę partem vocat (mediocres
illis ac minimas in Prouinciæ aut sin-
gulorum locorum gubernatione dis-
pertiens) eius iussu ac mandato suavis
hic myrrhæ fasciculus peruererit , cu-
ius odore recreentur , vi corroboren-
tur , ne vsquam illos sub onere **C R V-**
C I S aut animus aut vires deficiant.

P R A E-

P R A E F A T I O
A D
L E C T O R E M.



ON exiguus est eorum numerus, qui sanctorum Cælitum, quos CHRISTI causa profuso sanguine ac morte contempta immortalitatem consecutos fuisse credimus, res præclarè gestas, & cruciatus fortiter superatos, seu litteris ad omnem immortalitatem consecrarunt, seu typis æneis, quasi in brevi tabella, & ad admirationem, & ad imitationem propositos (hi quidem unius aut alterius, illi vero multorum, pro cuiusque vel in sanctos omnes viros obseruantia, vel in certos quosdam patronos pia grati animi memoria ac propensione) pariter exprimendos curarunt. Quorum alteri ita scribendo rem oculis subiiciunt, ut legentibus picta esse videatur: alteri ita imaginibus historiam exprimunt, ut non tam pictæ res à spectatoribus, quam scriptæ existimari meritò possint. Ingeniis illi spectacula, hi oculis oblectamēta

A 5 propo-

proponunt. Nos pro nostro in eos sanctissimos vi-
ros cultu, atq; animi propensione, quos CRVCIS
suppicio affectos tum inde ab adolescentia præ-
cipuo quodam studio ac veneratione coluimus,
vtrumque, quantum in nobis fuit, in hoc C R V-
C I F I X I T R I V M P H O repræsentari cu-
rauimus. Nam & eorum res gestas, acerbissi-
mosque cruciatus litteris quam breuissime com-
prehendimus, & pulchris imaginibus exprimen-
dos in Beliūm misimus; quo non imagini modò
historia, sed ipsa etiam imago historiae responde-
ret: ut dum quis oculos imagines inspiciendo ob-
lectat, simul historia mentem instrueret; & dum
mentem legendo instruit, oculis ex imaginibus
hauriret oblectamentum: ex quo fieret, ut nec
historia propter breuitatem legenti tedium affer-
ret, nec propter breuis historiae additamentum,
obscura esset inspicienti pictura.

Quod si alios alij Cælites magno studio coluē-
re, & diuersa animi significatione suam in illos
obseruantiam testatam omnibus esse voluerunt;
nemini mirum videri debet, si horum Martyr-
um quasi triumphos complectentem libellum in
lucem prodire volui. Eos namque mihi patronos
delegisse & professus sum, & alios in eorum ve-
nerationem cultumque perducere, sanctissimum
hone-

honestissimumque duco. Præterea si illi apud
Deum æquè atque homines præcipuo in honore
sunt, qui morum innocentia & vitæ integritate
ad exemplum reliquis hominibus præluxerunt;
quo honore ac veneratione colendi erunt ij, qui
eamdem sanctimoniam vitæq; integritatem, pro-
fuso Christi causa sanguine, sanctam consecrarunt?

Quod cùm ita sit, nemo profectò est, qui non
intelligat, præcipuo cum primis cultu illorum
Martyrum celebrandam esse memoriam, qui seu
variis defuncti periculis viuentem Dominum
imitati, siue C R V C I S supplicio pro nobis af-
fecti sectati morientem, iisdem C H R I S T I
Opt. Max. vestigiis inslitterunt; que prius ille
vel calcauit, dum viueret, vel dum moreretur,
impressit. Et sanè non exiguo illos honore cumu-
lasse visus est C H R I S T V S, cùm eodem mor-
tis genere (quod pro summo beneficio, ac præro-
gativa singulari, nos oportet existimare) quo ipse
interiit, eos voluerit supplicio C R V C I S oc-
cumbere; & iisdem ornari insignibus, quibus
dux ipse Martyrum voluit insigniri. Nempe tan-
tò his maior debetur honor & gloria, quanto
propter vitæ mortisque similitudinem C H R I-
S T O chariores fuisse comperimus. Scilicet Re-
ges, quos maximum diligunt, hos & viuos sua
gratia



gratia fouent, & mortuos regia propè funeris
pompa prosequuntur; & in excelsum euectos
laudibus, diuinis pænè honoribus excolunt.

Illud præterea me maximè mouit, quòd cala-
mitosis hisce temporibus, quibus hæresi impunè
grassante hæreticorum colluuiis & uniuersum ferè
Septemtrionem inundauit, hominum fæces perdi-
taeque quisquilia non satisfecisse libidini suæ sibi
videntur (cùm ad conceptum iam pridem animo
virus effundendum, effractis licentiæ frenis, hu-
manis legibus diuinisque contemptis, Pontifi-
ciam Maiestatem, qua nihil in terris inuenitur
augustius, fædissimè violauerint, impieque sustu-
lerint; in Bibliorum sacrosanctum corpus vim
manusque intulerint, & exsectis tam multis,
tam speciosis, delumbarint; Sacra menta non
vnus, non duo, bone C H R I S T E, sed omnia
sacrilegis chirographis antiquarint) nisi etiam
in Cælites ipsos per summam audaciam inuehe-
rentur, & quantum in illis esset, è cælestibus il-
los sedibus deturbarent; adeoque eorum cultus
abrogare, & obliterare memoriam, tñ imagi-
nes diripere totis viribus niterentur. Sed par-
cerént ne sanctissimis viris, qui ne Deo quidem
ipſi, ne quid à ſe non pollutum foret, pepercérunt;
in quem impij ore sacrilego tot blasphemias, tot

contu-

contumelias , tot atrocissimas voces effuderunt? Quare operæ pretium videri potuit, vel ad effusam perditissimorum hominum audaciam cohimbendam, vel certè ad conseruandum augendumq; piis mentibus sanctissimorum virorum , quem suis illi cuneis conantur labefactare , cultum ac venerationem ; si horum Martyrum triumphos, quibus refragari temerarium esset atq; impium, breuibus adumbratos tabellis in vulgus emitterem. Quod eò magis me mouit, quòd sic viderem inuictissimæ C R V C I S , de sanctissimis hisce Martyribus quodammodo triumphantis , celeberrimum nobilitari T R I V M P H V M.

Habes, amice Lector, quæ me causæ impulerint ad hoc qualecunque opus emittendum.

Porrò aliquot in hoc opere te monitum volo . Et primùm quidem , quòd quamquam mos fuerit apud antiquos , vt qui in crucem agendi essent omni corporis amiculo spoliarentur, nobis tamen vestitus exprimi debere visum esse, habita quidem ratione vestimentorum pro vniuersalitate dignitate, munere, ac natione ; quòd id ad honestatem maximè ficeret & dignitatem. Cæterū quidem, seu consuetudine quadam , siue lege , antequam in crucem tollerentur , verberibus plecti consueuerant : quod etsi in historiis

non exprimitur semper, id tamen ferè usurpatum esse cendum est. Iam verò in historiarum compendis, quæ singulis imaginibus præguntur, quantum fieri potuit, breuitati consulimus, ne opus in immensum excresceret; præser-tim cùm eo tantum consilio præfigantur, ut martyrii maximè genus explicetur. Quòd si quis longiorem narrationem desiderat, subscriptos au-ttores consulat, quos quasi digito historiarum fontes ostendimus. Reliquum est, ut nos ipsi ad sanctissimorum Martyrum normam atque exemplum conformemus. Et quoniam meditatio,
1. 2. 27, vt docet D. Thomas, in meditantis animo exci-tare solet amorem & desiderium rei meditatae, idcirco sub finem cuiusque historiæ aliquam Scri-pturæ sacrae, vel Ecclesiæ, vel sancti cuiuspiam Doctoris sententiam, de qua meditari liceat, ap-positi, ad Martyrem, martyriumve, quoad eius fieri potuit, accommodatam. Adscripti præterea Antiphonas cum Versiculis & Responsoriis ac Oratione pro uno pluribusve utriusque sexus, per quas à Deo petimus, ut idipsum nobis eorum intercessione contingat. Licebit porrò ti-bi, si ea re inuarite posse sentias, Sanctos hos om-nes C R V C I F I X O S in certas classes distri-buere; cùm in his omnium ferè Ordinum, Apo-stoli,

*stoli, Pontifices, Religiosi, Milites, Virgines, Con-
iugati, Pueri, Adolescentes, Senes, aliquique repe-
riantur; & breues tibi quasi Litanias ad pri-
uatum tuum vsum, sicut et ego mihi ad meum
feci, conficere.*

PRO VNO MARTYRE.

*Antiphona. Iste sanctus N. pro lege Dei
sui certauit vsque ad mortem, mortem
autem Crucis; propter quod & Deus
exaltauit illum.*

*Vers. Gloria Crucis coronauit eum Do-
minus.*

Resp. Et dedit illi claritatem æternam.

Oremus. *Oratio.*

Intruueniat pro nobis, quæsumus,
Domine, Sanctus tuus N. qui
Crucis mortem iugiter in suo cor-
pore pro tui nominis honore porta-
uit. Per Dominum nostrum Iesum
Christum Crucifixum filium tuum,
qui tecum viuit & regnat in unitate
Spiritus sancti Deus, per omnia sa-
cula saeculorum, Amen.

PRO

PRO PLVRIBVS.

Ana. Gaudent in cælis animæ Sanctorum N. & N. qui Christi vestigia sunt secuti; & quia pro eius amore sanguinem suum in Cruce fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine.


Vers. Hi Sancti amauerunt Christum in vita sua.

Resp. Et imitati sunt eum in morte sua.

Oremus. *Oratio.*

Deus, qui sanctorum Martyrum festiua gaudia celebrare iussisti, ut ipsorum exempla sequemur, cum Martyrum solemnitates Martyrum sint exhortationes; da nobis, intercedentibus Sanctis N. & N. ne nos eos pigeat imitari, quorum Crucifixionem celebrare delectat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Crucifixum Filiū tuum, qui tecum viuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

PRO




Paruale, quem dulci raptauit ab ubere tortor,
17. I nunc, cœlesti nectare pelle fitim.

*In Hispania apud Guardiam,
Ferdinando Rege.*

SAnctus CHRISTOPHORVS puer 8. annorum, in oppido, cui nomen est Guardia, prope Toletum, omnia CHRISTI Domini tormenta à Mauranis sigillatim perpessus est. Dum ad columnam ceditur crudeliter, nec vocem, nec signum ullum doloris dedit; nisi in ultimis quinque plagiis, quod eo numero suæ illas C H R I S T I superassent, exclamans effodienti sibi latus dextrum in cruce ait: Si cor quæris, alterum latus effodias. quo effosso, & corde extracto ad beneficium contra Christianos conficiendum, obiit sanctus puer. huc, ut in numerum SS. Innocentum adscriptum, INNOCENTEM A GUARDIA vocitant vicini. Porro series Historiae seruatur in Actis sacrorum Quæsitorum.

Deus est, qui ortus est: Innocentes illi debentur victimæ, qui venit damnare mundi malitiam: Agni debent immolari; quia Agnus fututus est crucifigi, qui tollit peccata mundi.
S. August. Serm. j. SS. Innocent.



Hic Vitam instaurans Morti dat funera CHRISTVS.
19. Anne igitur potuit Mors sine morte mori?

Jerusalemis sub Tiberio.

Sanctus DISMAS natione Ægyptius,
ille latro, qui à dextris Domini no-
strí I E S V C H R I S T I propter flagitio-
síssima scelera, cum Grisma socio, cru-
cifixus est. Hic in cruce suspensus, in
Deum credens, hoc genere mortis ne-
fariis sceleribus expiatis, promissam à
C H R I S T O Domino beatitudinem, sa-
no modo id intelligendo, assecutus est.
S. Damascenus in compilatione Euangeliū Ni-
codem, quod tamen apocryphum est. S. Ambros.
Serm. 49. et 50. S. Chrysost. Homil. de Cruce &
latrone. Martyrol. Roman. Maurolychus Abbas.

Vnus autem de his qui pendebant
latronibus, dicebat ad I E S V M: Do-
mine memento mei, cùm veneris in
regnum tuum. Et dixit illi I E S V S:
Amen dico tibi, hodie mecum eris
in paradyso. *S. Luc. c. 23. num. 43.*



Mille mihi lutes peperissent mille dolores :
20. Vnica munc peperit gaudia mille dies .

Norduici in Anglia.

SAnctus G V I L I E L M V S puer idem
mortis genus perpeſſus, quo C H R I -
STVS à Iudæjs in festo Paschatis acerbif-
ſimè interemptus eſt, in fidei legiſque
Christianæ contumeliam occiditur.

Histor. Anglicana.

Sinite paruulos venire ad me; ta-
lium eſt enim regnum cælorum.

S. Marc. c. 10. n. 14.

s. callio pius 22.



Non mihi, chara parens, dolet in cruce fundere vitam;
22. Sed, tua quod luctu saucio corda, dolet.

J^r. Cattius pius.

Sanctus MACARIUS patriarcha Antiochenus à Saracenis & Iudæis in crucis modum in terra extenditur, clausisque configitur. Sed factum est diuinatus, ut terra clauos reiiciente, ab eo mortis genere seruaretur. *Surius ex Anonymo.*

Sicut crucifixus [in terra] quis, cùm adhuc spirat in corpore, illuc præmittit intuitum, quò se non dubitat illicò transiturum: ita nos quoque, timore Domini crucifixos, oportet illuc habere oculos animæ nostræ defixos, quò nos sperare debemus momentis singulis migratorios. *Ioan. Cassian. lib. 4. c. 35.*



24. Si μισανθρώπω Timoni vita negatur;
Anne φιλανθρώπω vita neganda fuit?

timon Diaconus

In Persia sub Sapore.

SAncta TARBUA soror S. Symeo-
nis Episcopi, & cum ea duæ ancillæ
per Iudeorum calumniam ferris per me-
dium à magis dissectæ, patibulisque af-
fixæ, integras CHRISTO animas reddi-
dere: præclaro etiam TARBUAE casti-
tatis exemplo, quæ crudeliter mori ma-
luit, quam stupro violari. *Metaphrastes.*
Lippomani tom. 5. Surij 2. Sozom. lib. 2. cap. II.
Niceph. lib. 8. cap. 37. Martyrolog. Roman. Me-
nologium hanc vocat PHERBUTAM 4. April.
Vsardo TARBUA dicitur.

Gloria nostra, caput & origo bea-
titudinis, libertas & corona, CRVX
est. *Chrysost. Homil. 55. in Matth.*



Malo mihi tortor violet quam membra Cytheris:
25. Integra sum secō corpore sponsa Dei.

*Lugduni in Gallia,
Antonino Vero Imperatore.*

Sanctus ALEXANDER, cùm se magis ad fortitudinem & magnanimitatem excitari commemoratione pœnarum ostenderet, quàm ab illis perferendis deterreri, à Præside fustibus primùm cæsus, ita vt viscera effluerent; deinde crucis patibulo affixus, beatum spiritum exanimatus emisit. *Hanc Historiam præter alia fide dignam faciunt antiquissima Martyrologia, Romanum, Bedæ, Vſuardi, Adonis. Habetur in Manuscriptis, & apud Surium tom. 2. Baronius tomo 2.*

De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini I E S V in corpore meo porto. *S. Paul. Ep. ad Galat. c. 6. n. 17.*



26. *Improbè cur imas animæ scrutare latebras?*
Quanta sit hæc, durâ certior esto cruce.



*Hierapoli in Scythia, Domitiano
Imperatore.*

Sanctus PHILIPPVS Apostolus à Scythis, quibus fidem annuntiauit, comprehensus; & spredo idolorum cultu, ab ingenti dracone, qui ex altaris base profilicerat, defensus, ab hostibus liberatur: donec multis baptizatis, ab infidelibus tandem crucifixus, & lapidibus obrutus, felici martyrio mortem obiit. *Auctores, Metaph. apud Surium, Papias, Eusebius in Chronicis, Hippolytus in manuscriptis de 12. Apostolis, Nicephorus, Isidorus, Baronius tom. 1. Anno 44. Martyrologium Roman.*

In crastinum voluit IESVS exire in Galilæam, & inuenit PHILLPPVM, & dicit ei: Sequere me. *S. Ioan. in Euang. c. 1. n. 43. Hoc est sequi CHRISTVM, commorandum eo. S. Ambrosius in Lvc. lib. 6.*



Quid mage Caucaseis certantia pectora saxis,
27. Quam monitis decuit saxa referre pijs?

Crucificado por Santos, lo estaban
varias veces con piedras

*Apud Thebaïdem Aegypti
sub Decio.*

Sancti TIMOTHEVS & MAVRA eius coniux, apud Thebaïdem Ægypti multis pœnis viriliter superatis, ab Ariano Præfecto cruci configuntur; in qua nouem dierum spatio permanserunt, & se se inuicem ad constantiam exhortantes, martyrio vitæ diem extremum clauerunt. *Martyrol. Romanum.*
Metaph. Menolog. Baronius tomo 2.

Gloriosi coniuges quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. *S. Ecclesiæ Antiphona, pro SS. Apostolis Petro & Paulo.*




Vos cælo voluit socialem ducere vitam,
28. Qui crucis ad thalamum fœdera iunxit Hymen.

*Camerini in agro Piceno,
Decio Imperatore.*

Sanctus VENANTIVS, quindecim annorum adolescens, fustibus primùm cæsus leonibus obiicitur: deinde capite inuerso, & distentis in crucem manibus pedibusque, fumo igneo torquetur: tandem post alios maximos cruciatus gladio pereemptus est. *Martyrolog. Romanum. Marcus Marulus de ratione viuendi lib. 5. c. 12. Cal. Ambros. Mart. in æde S. Marci Romæ. item Diatribus scriptor Histor. Camer. qui hunc ponit sub Traiano, et Papa Alexandro Primo.*

Nulla te mundi oblectamenta inclinent, nullæ aduersitates deiiciant. Absit tibi gloriari, nisi in CRUCE Domini nostri IESU CHRISTI, per quem tibi mundus crucifixus est, & tu crucifixus mundo. *S. Aug. Ser. 4. de Ascens. Domini.*



Iam mihi non vno torquisis corpora fumo:
29. Nam tormenta mihi prævia fumus erant.

In Corsica sub Theodosio M.

SAncta I V L I A virgo Carthaginensis, deuicta à Vandalis Carthagine capta, ab Euxibio ad insulam Corsicam ducitur; vbi cùm , vna Iulia excepta , nautæ se ad deorum sacrificia celebranda pararent, Felix Tribunus virginem iubet alapis cædi, crinibus laniari, ac verberari; tandemque C R V C I F I X I fidem profitens, crucifigitur. *Martyrol.* Romanum. *Vsuardus.* Petrus in Catalogo lib. 5. c. 29.

Mulierem fortem quis inueniet?
procul & de vltimis finibus pretium eius. *Prou. cap. 31. n. 10.*



Clælia cæset eques animos iactare viriles :
30. Iulia si certet illa pedes tris erit.

Lugduni in Gallia sub Antonino.

SANcta BLANDINA, sociis suis natura debilior, viribus corporis infirmior, conditione vilior, longiores acerbioresque pertulit cruciatus: & cum nullo pacto ad idolorum cultum posset adduci, post flagra dirissima inuicti animi mulier igne saepius ambusta, suffixa cruci, retibus implicita, tauri petenda cornibus obiicitur; donec tandem gladio transfixa sequuta est eos, quos hortata fuit ad pugnam. *Hæc Lugdunensis Ecclesia in Epistola ad Asianam Ecclesiam missa. Euseb.lib.5.c.1.S. Antoninus in Chronicis. Nicephorus lib.4.c.17. Et alij. Baron.tom.2.*

Iusti per fidem vicerunt regna, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, conualuerunt de infirmitate; ludibria & verbera experti sunt, insuper & vincula & carceres. *S.Paul.Ep.ad Hebr.c.11.n.33.36.*



31. *Quid tibi cum toruo blanda est Blandina iuuenco ?*
Fallor : blanditur cornibus innocuis .

Constantinopoli sub Aureliano.

Sanctus LVCILLIANVS, ex idolorum cultu ad CHRISTI famulatum conuersus, post multos cruciatus in fornacem iniicitur: sed, superueniente pluia flammis extinctis, liber eus sit & intactus. Deinde iussu Praesidis Syluani cruci suffigitur, per quam & mortem & supplicia superauit. *Martyrol. Romanum, ex Metaphraste & Menolog.*

Iste lumen erat illuminatum à lumine sempiterno ipso Domino nostro IESU CHRISTO, & in candelabro CRUCIS eius positus, in ea glorificabatur. *S. Aug. Ep. 7.*



32. *Numinibus vanis Panchaea messe litaram :
Parce precor, tibi nunc sanguine, Christe, lito.*

F



Apud Hermen Aegypti.

Sanctus LYCARION Ægyptius
scuci affixus, membratim in ea cæ-
sus est: sed inde postea detractus, & aliis
suppliciis excruiciatus, truncato demum
capite martyrium impleuit. *Martyro-
logium Roman. Menolog.*

Natis de Spiritu sancto quantum-
cumque supereft mundani tempo-
ris, non sine CRVCIS susceptione
ducendum est. *S. Leo Serm. 19. de Paß.*



Fruge beet campos Nilus Memphitidos oræ:
33. Lætior ex isto sanguine messis erit.

Bungi in curbe Iaponiaæ.

HIORAMVS senex, inquelinus loci, quod Christianæ pietatis & fidei munera diligenter ac ritè obiret, à Francisci Christianissimi quondam regis filio, qui à fide defecerat, ultrò se prodens satellitibus, inter crucis amplexus, pendente è collo reliquiaria theca, obtruncatus est. Deinde per ludibrium, dic illucescente, Regis iussu cruci affixus est, & ex eius collo suspensa est imago B^{mæ} Virginis, quam in sacrario intra domesticos parietes piè admodum pius senex venerabatur. *Ex litteris P. Marci Ferrari ad P. Petrum Antonium Spinellum datis Amacuse 9. Octobris 1589.*

Eripe te à submersione. Naufragium fugis? si non vis mergi, tabulam apprehende, ligno portare;
CRUX te perducat. *S. Aug. in Psalm. 51.*



En populi explodor, placeam vt tibi Christe, catharma.
32. Displaceam: hoc ipsum displicuisse placet.

*Apud Alexandriam Armeniae,
Hadriano Imperatore.*

Exercitus decem millium M I L I T V M ab Angelis de C H R I S T I Domini nostri fide plenè instructus, Imperatorum ius-
su singuli primùm, vt ipse I E S V S, flagellis
cæsi, tum spinis coronati, tandem humili-
clavis crucifixi in monte Ararath apud Ale-
xandriam Armeniae, proprio sanguine ba-
ptizati, triumphantes intrarunt in cælum,
vt sibi repositam reciperet coronam gloriae.
*Horologium Græcorū. S. Antonin. in Chron. Vin-
cent. in Speculo Hist. lib. II. c 98. M. S. habetur in
Ecclesia S. Cæciliae in Urbe trans Tyberim. De
quibus tamen hæc quinq; habentur nomi-
na: ducis generalis, ACATIVS; triū ducum,
THEODORVS, HELIAS, THEODORVS;
& cuiusdam iuuenis, DRACONENSIVS.*

Rex noster C H R I S T V S, vt doceret,
quomodo suus exercitus vinceret, in-
se demonstrauit morte corporis non
esse timēdam, dum prior ipse Crvcis
mortē elegit, & in ea ipse prior mori-
dignatus est. *S. Aug. de Symbol. lib. 4. to. 2.*



Macte animis generosa phalanx, noua bella capesse:
35. Vincitur hic letho vita, labore quies.

mando Adriano 10.000 soldados ~~cautivados~~, después
de ser todo arrollados y coronados de espinas, obtuvieron
una del martirio crucificado en la tierra en el monte
en Alejandría de la Armenia, siendo bautizado
en su propia sangre.

Roma sub Nerone.

R Om̄e S A N C T I p̄nē innumerabiles à quibusdam per calumniam accusati , quōd vrbem variis in locis inflammasse, Imperatoris iussu alij canibus obiecti , alij concremati flammis, cruci affixi alij , aliis alij tormentorum generibus affecti , & interfecti sunt : qui omnes Apostolorum Petri & Pauli erant discipuli. *Mart.Romanum. Baron.tomo 1.*

Intuentes salutiferam CRUCEM
CHRISTI, omne calumniantium su-
perborum virus repellimus, *S.Aug.*
Ep. 118.




36. *Gens inimica Deo toties cur saepe ferrum
Innocuo satiat? Gens inimica Deo est.*



*Sibapoli in finibus Assyriorum,
Diocletiano Imperatore.*

SANCTA FEBRONIA virgo, è monasterio virginum cui Brienna præcerat, Seleni Præsidis iussu nuda super rugum per brachia pedesque extensa, & virginis cæsa, deindeque in ligno suspensa, & ferreis pectinibus discerpta, igne rursum ingente circumstructo, post varios tandem atque diros cruciatus ad sponsum suum Christum euolauit in cælum.
Martyrol. Rom. Menolog. Metaphraſt. Lipoman. tom. 7. Sur. to. 3. Petr. Galeſin.

Siue contra ambitionem sæculi,
 siue contra concupiscentias carnis,
 siue contra hæreticorum iacula dimicemus, Dominica CRVCE semper armemur. *S. Leo Serm. 2. de Resurrectione.*




37. *Vre, seca, ut pascas crudeli lumina visu:
Utq; ego cælesti perfruar, vre, seca .*

Lincolnia in Anglia.

Sanctus Hugo puer eodem modo,
quo S. Guilielmus puer, Lincolniae
crucifigitur à Iudæis. *Habetur in Historia Anglicana.*

Hi sunt, qui cum mulieribus non
sunt coiquinati : virgines enim
sunt. Hi sequuntur Agnum, quo-
cumque ierit. *S. Ioan. in Apocal. c. 14.*

n. 4.




Paruule ne plores raptæ dispendia lucis:
38. Maturus celo non cadit ante diem.

Roma, Imper. Nerone.

Sanctus PETRVS , Apostolorum Princeps,iussu Neronis in Mamertinum carcerem coniectus , multos ibi in CHRISTO filios, lustrali fonte diuinitus effluente, regenerauit ; paucisque post mensibus inuerso capite , id ipso rogan- te, apud montem Aureum crucifixus est.
Hegesippus de excid. Hierosolymit. l. 3. Meta- phras. Euseb. lib. 1. Prudent. Lipoman. Sur. Ba- ron. tom. 1.

Amen amen dico tibi : Cùm essem iunior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas ; cùm autem senueris, ex tendedes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis. Hoc autem di- xit, significans qua morte clarifica- turus esset Deum. *S.Ioan. Evangel. c. 21.*



39. *Quid cruce, Petre, opus est: quin pandis sidera Christi
Clavibus: an Christo crux quoq[ue] clavis erat?*

In Gallia.

Sancta BENEDICTA virgo in agro
Senonico crucis martyrio virginitatem suam illustrem reddidit. Ex Martirologio Maurolyci Abb. Messanensis.

Nonne dixit nobis IESVS: RE-
GNVM CÆLORVM VIM PATITVR,
ET VIOLENTI RAPIVNT ILLVD?
qui in CRUCE est, non vim facit;
nihil medium est: & CRUX, &
statim paradisus: HODIE MECVM
ERIS IN PARADISO. S. Chrysostom.
Homil. de Epulone tom. 2.



40. *Este procul thalami; procul hinc absiste Dione:
Crux mihi Amyclæo charior illa toro.*

G



*Dyrrachij in Macedonia,
Imperatore Traiano.*

Sanctus ASTIVS, Dyrrachij Macedoniae urbis Episcopus, pro Catholicæ & Christianæ fidei defensione, saeuiente in Christianos efferata imperantis Traiani crudelitate, quò magis sui magistri ducisque vestigia & discipulus & miles sequeretur, crucem subiit, in qua etiam igne crematus extinctus est.
Ex Græcis Latinè versis, & Martyrol. Romano.

Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. *S.Ioan.Evangel.*

c. 10. n. 11. 14.



41. *Die mihi penitus populatur flamma medullas :
Parce rogis, potero, tortor, amore mori .*

Iconij sub Perennio Præside.

Sanctus APOLLONIUS Iconij sub Perennio Præside, crucis, quam pro CHRISTO passus est, martyrio CHRISTI fidem testatus est. *Metaphr. Menolog. Martyrolog. Romanum.*

CRUX CHRISTI clavis paradisi est. CRUX CHRISTI aperit paradi-
sum. Hac latro primus cum Christo intravit: **HODIE MECVM ERIS IN
PARADISO.** *S. Chrysost. Homil. de Epulone
tom. 2.*



Facta perennarint tua si malefacta, Perenni;
42. Mors tibi, martyribus vita perennis erit.

Decio imperante.

Sanctus F A V S T V S , sūb Decio Im-
peratore affixus cruci , quinque die-
rum spatio superstes in ea fuit : tandem
sagittis confossum euolauit in cælum.

Metaphr. Menolog. Martyrologium Romanum.

Crx totius gratulationis spiri-
tualis est substantia: ipsius enim cau-
sa nec ardentes sagittas diaboli for-
midamus ; quia fontes inuenimus,
quibus earum flamma facile possit
extingui. *S. Chrysost. Hom. 2. de Cruce &
latrone.*



43. *Faus tus ero, si non biberint tua tela cruorem:
Si largum biberint; tum mage Faustus ero.*

Carthagine imperante Seuero.

SANCTI, SPERATUS, NARTALVS,
CYTHINVS, BETVRIVS, FELIX,
AQVILINVS, LAETATIVS, JANVA-
RIVS, GENEROSA, BESSIA, DO-
NATA, SECVnda, à Saturnino Præfe-
cto post primam Christianæ fidei con-
fessionem in carcerem deterrimum de-
truduntur, vbi & in ligno confixi sunt,
donec iis gladio capita amputarentur,
hi Scillitani ab insula nuncupantur.

*S. August. Episc. Beda. Martyrologium Manu-
scriptum. Martyrol. Rom. Baron. tom. 2.*

Si enim complantati facti sumus
similitudini mortis eius, simul & re-
surrectionis erimus: hoc scientes,
quia vetus homo noster simul cruci-
fixus est; ut destruatur corpus pec-
cati, & vltra non seruiamus peccato.

S. Paul. Ep. ad Rom. c. 6, n. 5.




Dum videt in stadio paribus tot currere fatis
44. Christus; Non vni, Paule, βραβεῖον, ait.

In Portugallia.

SAncta WILGEFORTIS virgo, Regis Portugalliae filia, pro Christianæ religionis & pudicitia defensione decertans, cùm à CHRISTO sponso suo deformari rogasset, ne ab amasio ad nuptias expeteretur, subitò illi satis promissa excreuit barba. Hæc apud Belgas pluribus in locis colitur, sed S. ONTOKOMMERAE appellatione; fortè à depellendis curis atque incommodis, ut in vita eius M.S. colligas. *Martyrolog. Romanum. et) Molan. ad Vſuardum.*

Liberasti me secundūm multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animā meam.
Ecclesiastici 51. n. 4.



45. *Purpureum quæ barba decus violauerat oris,
Hęc tibi non fracti pectoris omen erat.*

*Roma, Decio & Valeriano
Imperatt.*

Sanctus SIXTVS Papa in Tullianum carcerem coniectus, deinde cruci affixus est, teste Prudentio *et sepolcra*, in Hymno secundo de S. Laurentio : sic enim ait sub initium illius Hymni:

*Fore hoc Sacerdos dixerat
Iam SIXTVS affixus cruci,
Laurentium flentem videns
Crucis sub ipso stipite:
Desiste discessu meo
Fletum dolenter fundere:
Præcedo, frater, tu quoque
Post hoc sequeris triduum.*

Mihi autem absit gloriari, nisi in CRUCE Domini nostri IESV CHRISTI, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. *S.Paul.Ep. ad Galat. e. 6. n. 14.*




Quid frustra infami vis mergere funere vitam ?
46. Non poteram fato nobiliore frui .

*Anazarbi in Cilicia,
sub Diocletiano, Praeſide Lysia.*

Sanctus MARINVS senex quod Christum proſiteretur, priuim iubente Lysia flagris ceditur. Idem, cum ſacrificare poſtea recuſaret, in ligno ſu- penuſ dirum in modum laniatur; poſtremoque obtruncati corpus canibus ac feris proiicitur. *Menolog. Martyrol. Roman. Petr. Galesinus. Baron. tom. 2.*

CRVIS arbor religatum ſibi ho- minem patriæ repræſentat. Quod autem CRVX ad patriam redire nos faciat, Dominus declarat, dicens la- troni: **HODIE MECVM ERIS IN PA- RADISO.** *S. Ambroſ. Tomo 5. Serm. 56.*



Subiacui furijſq; hominum, furijſq; ferarum :
47. Sed mihi plus homines quam nocuere feræ.

*Carthaginē in Africa
sub Hunnerico.*

Sancti, LIBERATVS Abbas, BO-
NIFACIVS Diaconus, SERVVS &
RUSTICVS Subdiaconi, ROGATVS,
SEPTIMVS, & MAXIMVS puer, Mo-
nachi, sub Hunnerico Vandalorum Re-
ge nauī post carcerem imponuntur, ma-
nibus pedibusq;ue in crucis modum in
strue lignorum confixis, subdunturq;ue
strui & nauiculæ faces: sed extincto igne
liberati, iussu Regis remorum iectibus
mactati sunt. *Victor Episcop. Uticensis de
persecutione Vandalorum lib. 3. Lipoman. Sur.
Martyrol. Roman.*

Est tamquam si videat quis de lon-
ginquo patriam, & mare interiaceat;
videt, quò eat; sed non habet, quà eat.
Ut ergo esset & quà iremus, venit in-
de ad quē ire volebamus; & instituit
lignum CRVCIS, quo mare huius se-
culi transeamus. *S. Aug. in Ioan. Tract. 2.*



48. *Cedat sepositas Argo quæ vexit in oras :*
Hæc pinus cæli vos statione locat.

H

*Aquileiae, sub Diocletiano
& Maximiano.*

SAncti LEONTIVS & CARPO-
PHORVS Medici Aquileiae pro
CHRISTI fide primùm crucifixi sunt:
deinde lapidibus impetiti telisque con-
fixi, tandem multati capite, in celum mi-
grarunt. *Petrus Natalis in Catalogo lib. 7.
cap. 87.*

ALTISSIMVS creauit de terra me-
dicamenta. Nónne à ligno indulca-
ta est aqua amara? In his curans mi-
tigabit dolorem, & vnguentarius fa-
ciet pigmenta suavitatis, & vngue-
ntio-
nes faciet sanitatis. *Ecclesiast. c. 38. n. 3.*



49. *Vni si veteres non sat plausere Poëtæ
Carpophoro, geminos quo satis ore canam?*

*In Ponto, sub Maximiano,
Eutolmio Praeside.*

Sanctus ZOTICVS in Pontica re-
gione Christum prædicans , crucis
supplicio cum discipulis ab Eutolmio
Præside condemnatus est. *Menolog.*
Martyrol. Romanum.

Nemo potest transire mare huius
seculi , nisi CRUCE CHRISTI por-
tatus. *S.Aug.in Ioannem Tract.2.*



Ad vexilla crucis vobis qui voce praenii,
50. Dum vocat, accelero: vos sociate gradus.

*Aegis in Cilicia, Diocletiano
Imperatore.*

S Ancti, CLAVDIVS, ASTERIVS,
& NEON, fratres adolescentes, sub
Præside Lysia ab infidelibus vinciti, pro
CHRISTI fide, quam constanter pro-
fitebantur; post equuleos, laminas, vir-
gas, vngulas, cæterarumque pœnarum
genera, crucifixi sunt. Ado Episc. Vien. Be-
da. Romanum Martyrol. Metaphr. in Martyrio
S. Zenobij. Sur. tom. 4. Baron. to. 2. Petrus in Ca-
talogo lib. 7. c. 100.

Hæc est vera fraternitas, quæ num-
quam potuit violari certamine; qui
effuso sanguine secuti sunt Domi-
num. S. Ecclesiæ Antiph. plur. Martt.



51. O verè fratres! animus quos in cruce concors
Vnius natos comprobat esse Dei.

*In maiori Armenia,
sub Astiage Rege.*

Sanctus BARTHOLOMAEVS Apostolus, per Lycaoniam verbo Dei disseminato, templo Astharoth in inferiore India vero Deo dicato, & Rege Polemio cum vniuersa regia ciuitate baptizato, paucis post diebus comprehensus, fustibus primum cæsus, deinde cruci suffixus, è viuo corpore detracta pelle die 24. sequenti die abscisso capite extinxetus est.
Martyrolog. Roman. Iosephus apud Metaphrast. Tom. 4. Surij. Nicephorus lib. 2. c. 39. Damasc. Histor. Ecclesiast.

Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua.
S. Iob cap. 2. n. 4. Tunc veraciter qui sit quis agnoscitur, si in seipso quod doleat experiatur. *S. Greg. 3. Moral. 12.*



Diripi te exuicias : melior me vita moratur.
52. Sic colubro, posita pelle, iuuenta redit.

Siglo 1^o del a. J. 1610
en Armenia




Sancti, DIOMEDES, IULIANVS,
PHILIPPVS, EUTYCHIANVS,
HESYCHIUS, LEONIDES, PHILA-
DELPHVS, MENALIPPVS, & PANT-
AGAPE, martyres; horum alij igne, alij
aqua, nonnulli gladio & cruce, martyrij
palmam sibi pepererunt. *Martyrolog.*
Romanum. Menologium solum EUTYCHIVM
cruci affixum refert.

Relinque mundum: confuge ad
CRVCIS lignum. Ne metuas pro-
cellas & turbines huius diluuij: non
mergeris, si ligno portaberis. *S. Aug.*
de quatuor virtut. Charitatis, Tom. 9.

*Apud Pergen Pamphiliae,
Antonino Imp. Praefide Theodoto.*

Sanctus THEODORVS miles apud
Pergen Pamphiliæ pro Catholica fi-
de crucifixus, triduo superstes vitam fi-
niit. *Martyrol. Roman. Menolog. Metaphr.
Nicephor. lib. 7. c. 45.*

Super speculam Domini ego sum,
stans iugiter per diem; & super cu-
stodiam meam ego sum, stans totis
noctibus. *Isa. c. 21. n. 8.*



Nunc Gradiue vale, tibi bellica cingula pono:
54. Virtutis cotem crux mihi chara dabit.

55 XXIII. SEPTEMBRIS.

*In Aegypto, Diocletiano
Imperatore.*

Sanctus PAPHNVTIVS Abbas Eremita in Aegypto, cum audisset multos Christianos vincitos in carceribus detineri, Dei spiritu afflatus, Prefecto Ariano sponte sese obtulit: à quo primum catenis vincitus, & in equuleum suspensus, dirè verberibus rotisque laceratus, ad extremum iussu Diocletiani in quadam palma crucifixus est. *Martyrol. Roman. Menolog. Sur. 28. April. ex Metaphrast. Petrus Galesinus ex tabulis Græcis.*

Ascendam in palmam, & apprehendam fructum eius. *Cantic. 7. n. 8.*
Crvx iure dicenda est palma, quia in ea videlicet facta est de prostrato mundi hoste victoria. *Petr. Damianus Ser. de Inuentione S. Crucis.*



Quam bene iuncta tuae Paphnuti priemia pugnae?
55. Palma crucem, palmam crux generosa dedit.

L. Paphnucio, Abas, en Persia, imperando
Diocleciano.

56 XXVII. SEPTEMBR.

*Aegæa in Cilicia, Diocletiano
Imperatore.*

Sancti Cosmas & Damianus
fratres, medici, in curandis ægrotis
sine mercede diligentibus ac pīj , à Lysia
Præfecto accersiti, & de fide CHRISTI
interrogati, in vrbe Ægæa dantur in ma-
re præcipites; sed à fluctibus, & post ab
incendio diuinitūs liberati, post equu-
leum cruci affiguntur: in qua primūm
lapidibus, & deinde sagittis à militibus
impetiti, tandem gladio cæsi occubuere.
Martyrol. Roman. Menolog. 1. Iulij. S. Antonin.
in Chron. Metaphr. Surius. Baron. tom. 2.

Hæc est vera fraternitas, quæ vicit
mundi crimina: Christum secuta
est, inclyta tenens regna cælestia.
S. Ecclesia Versus in festi Missa.



Arte Machaonia vite producere metas
56. Queis pia cura fuit, qui meruere mori?

In Perside, Sapore Rege.

SAncta G V D E L I A à Persis , cùm plurimos à Gentium ritu ad C H R I S T I legem adduceret, in carcerem conicitur. hinc soli ignique cultum exhibere recusans, iussu Saporis Regis variis affeta suppliciis, excoriato capite cruci affigitur: in qua telis confossa, igneque cremata, vitam finiuit. *Metaphrast. Mart. Roman. Menolog.*

Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum Saluatorem meum: confitebor nomini tuo; quoniam adiutor & protector factus es mihi , & liberasti corpus meum à perditione. *Ecclesiastici c. 51. n. 1.*



57. Tyndaridi Zeuxis, Veneri decus addit Apelles;
Ornat tortoris te quoq; dextra Deo.

Hacia mediado del siglo
en Persia.

Damasci, sub Agarenis.

SAnctus PETRVS, Episcopus Damasci in Syria, cum ciues infideles ad cultum veræ pietatis conaretur adducere, ab Agarenorum Principe manibus pedibusque præcisis, ac lingua dissecta, crucis patibulo affixus est. *Sigebert. in Chron. Histor. Miscellan. lib. 21. Martyrol. Roman. Menolog.*

Si manus tua vel pes tuus scandalizat te; abscede eum, & proice ab te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. *S. Matth. c. 18. n. 8.*




58. *Quid moror in terris, cum sint praecisa laboris
Organa? me rutilis asfere Christe polis.*

In Aegypto, Imperat. Maximiano.

Sancti MARCVS & MARCIA-
NVS fratres, & alij quām plurimi; ex
quibus quidam post vulnera aliosque
diuersi generis cruciatus flammis tradi-
ti, alij in mare præcipitati, nonnulli ca-
pite cęsi, multi crucibus affixi, inter quos
quidam inuerso capite, martyrij palmam
sunt consecuti. *Euseb. Hist. Eccles. lib. 8.
c. 8. Martyrologia.*

Qui autem CHRISTI sunt, car-
nem suam crucifixerunt cum vitiis
& concupiscentiis suis. *S. Paul. Ep. ad
Galatas c. 5. n. 24.*



Crux mentem haud satiat; variant tormenta Tyranni.
59. Quidlibet ut varient, Crux tamen istud erit

Parisiis, sub Hadriano.

Sanctus DIONYSIUS AREOPAGITA Parisiis flagellis primum contusus, deinde igni ferisque obiectus, non laeditur: mox in crucem tollitur; è qua sublatus, & cæsus iterum, amputatum caput suum ad duo millia passuum propriis manibus gestauit. *Sur. Baron. to. 2.*
Not. ad Martyrol. Romanum.

Quos ordinat Deus omnipotens,
ad toleranda prælia antiqui hostis
mittit: sed eos inter ipsa bella non
deserit; quia milites suos protegit, &
victores facit. *S. Gregor. I. Reg. c. 10.*



Si nequijt mea lingua satis diuina probare
60. Dogmata; quod superest, mors generosa probet.

Bononiae, sub Diocletiano.

Sanctus VITALIS, primū seruus S. Agricolæ, pòst consors & collega martyrij, cùm in CHRISTI confessione fortiter perseveraret, ita excruciatus est, vt nullum esset in corpore membrum sine vulneribus. Tandem post omnia tormenta cruci affixus martyrium cum Agricola compleuit. *Mart. Roman. Beda v. Calend. Decembr. Martyrium describit S. Ambrosius Exhortat. ad Virgines. Sur. to. 6.*

Per CRUCEM datur credentibus virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. *S. Leo Serm. de Paß.*



Hic vitalis erit : disrumpere liuide serpens .
61. Si mortem intuleris sic mage talis erit .

Bononia, sub Diocletiano.

Sanctus VITALIS, primū seruus S. Agricolæ, pòst confors & collega martyrij, cùm in CHRISTI confessione fortiter perseueraret, ita excruciatus est, vt nullum esset in corpore membrum sine vulneribus. Tandem post omnia tormenta cruci affixus martyrium cum Agricola compleuit. *Mart. Roman. Beda v. Calend. Decembr. Martyrium describit S. Ambrosius Exhortat. ad Virgines. Sur. to. 6.*

Per CRUCEM datur credentibus virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. *S. Leo Serm. de Paß.*



Hic vitalis erit : disrumpere liuide serpens .
61. Si mortem intuleris , sic mage talis erit .

Bononiae, Diocletiano Imperatore.

Sancto AGRICOLAE inuieti animi viro (qui adeò mitis erat moribus , vt vel ab ipsis hostibus amaretur ; propter quam causam mortem etiam differebant) in cruce iuncturæ omnes clavis sunt perforaræ ; ita vt breui spatio vitam cum morte commutarit . *S.Paulin.in vita S.Felic. S.Ambros. Greg.Turon.l.2. c.16.Petr.Natalis l.10.c.21.Lipoman. Martyrologia omnia.*

Nomen utique habuit AGRICOLA aptum martyrio . Nam & bonus agricola , cùm parat terræ solum vertere , & vitæ alimenta perquirere , non nisi per signum CRVCIS id facere conatur . Dum enim aratro dentale subiicit , affigit aures , stiuam inserit , figuram CRVCIS imitatur . *S.Ambros.to.5.Exhortat.ad Virgin. &r Serm. 56.de Cruce.*



Parcite tot clavis: me lanea vincla ligabunt:
62. Hæc si defuerint, in cruce figet amor.

*Theopoli, sive Antiochia,
sub Cosrhoë Rege.*

SAncti DEC E M MARTYRES in Oriente apud ciuitatem Theopolim (ea est Syriæ ciuitas Antiochia) à Saracenis comprehensi, CHRISTVMque Dominum confitentes, crucis mortem pertulere. *Ado in suo Martyrologio. Beda. Martyr. Roman.*

Perspicuum est, quòd ipsæ tabulæ legis CRVCIS Dominicæ prætulerint sacramentum. Denarius enim numerus per literam x. designatur: quæ non tantum exteriorem CRVCIS prætendit imaginem, sed & mysticam eius quandam videtur indicare virtutem; videlicet quòd præcepta veteris Testamenti Euangeliæ legi copularit. *Petr. Damian. Serm. de inuent. S. Crucis.*



Cur ad Theiopolin vitales linquitis auras ?
63. Seruet ut aeternum corpora Theiopolis .



*Ancyræ in Galatia, sub Aureliano,
Felice Præside.*

Sanctus PHILOMENVS Ancyrae ius-
su Aureliani Imperatoris, Præside
Felice, detinetur; & post varias pœnas
pro CHRISTI nomine toleraras, cru-
cifixus, & capite etiam clavo perforato
obiit. *Martyrol. Roman. Menolog. Baron.*
tom. 2.

Sicut crucifixus quis iam non pro
animi sui motu membra sua quoque
mouendi vel conuertendi habet po-
testatem; ita & nos voluntates no-
stras, non secundum id quod dele-
stat ad præsens, sed secundum legem
Domini, quo nos illa constrinxerit,
applicare debemus. *Ioan. Cas. lib. 4.*



I minc et spera famam mersare tenebris:
65. Splendet ab infami lux radiata cruce.

In Iaponia, An. Christi c^{irca} 15. 1503.

IActeuxini in Iaponia pro CHRISTI si-
de IOANNA & AGNES coniugate, MAG-
DALENA vidua, ac LUDOVICVS adopta-
tus filiolus o^{ct}ennis, sub Canziungio Fingi
Regulo & Cacuzeimone Prefecto, cruci af-
fixi, præclarum posteris Christianæ virtu-
tis exemplum reliquerunt. Nam tanta mor-
tis pro CHRISTO subeundæ cupiditate ar-
debant, ut, cùm ferrum in vulnera quasi he-
bescere viderent, non conquererentur mo-
dò, sed & carnifex tantæ virtutis stupore
defixos, morasque necentes, ad necem sibi
oculis inferendam vultu & oratione prouo-
carent. *Ex relatione R^mi Ludouici Cerquiera
Episcopi Iaponen. ad Papam, 25. Ian. 1604.*

Qui consummatus est in charita-
te, CRUCEM amplectitur ardenter.
Solus iste est, qui dicere potest: Ama-
tor tui semper fui, & desideravi am-
plete te. Charitas enim à spiritu in-
flammata est, quæ dicit: Sic mori vo-
lo, sic mori cupio. *S. Bern. Serm. 1. de
S. Andr. Apost.*



Ut Solem Atlantes, in se redeunte sagittâ,
68. Sic Christum opprobrijs gens recutita petit.

In Gallia, urbe Houdan.

SANCTVM quendam SACERDOTEM
in vrbe Houdan diœcesis Carnuten-
sis in Gallia, heretici protractum ad mis-
sam celebrandam per subsannationem
compellunt. Inter celebrandum eius fa-
ciem pugnis contuderunt, reliquas verò
corporis partes pugionibus perfode-
runt; tum super ligneam CRVCIFIXI
imaginem crucifixerunt, & tandem sclo-
petis interemerunt. *Historia habetur in
libello, qui inscribitur: Theatrum crudelitatum
nostrri temporis.*

CHristo confixus sum cruci. vi-
uo autem, iam non ego; viuit verò in
me Christus. Quod autem nunc
viuo in carne; in fide viuo filij Dei,
qui dilexit nos, & tradidit semetip-
sum pro nobis. *S. Paul. ep. ad Galatas
e. 2. n. 19. ¶ 20.*




69. Ne fors sim nimium tibi vilis Rector olympi
Victima, me nati nobilitabit honos.

In Malucis insulis.

ALPHONSVS CASTRIVS Lusi-
tanus, Sacerdos Societatis I E S V ,
ad Malucas insulas pro fidei nostræ pro-
pagatione à Mauris captus, & in nauim
adductus, cruci alligatus est, asperrime-
qué in ea cæsus multos dies superstes
fuit; tandem cæso capite ad superos euo-
lauit. *Historia habetur de Rebus Indicis par. 3.*
in epist. P. Francisci Vieræ pag. 27. P. Anton.
Prou^{is} pag. 79. P. Balthazaris Diaz pag. 34.
in Commentar. P. Maffei tit. Maluca Regio.

Arbor enim quædam in naui, est
CRVX in Ecclesia. nam cùm à nau-
tis scinditur mare, priùs ab ipsis ar-
bor erigitur, antenna sustollitur, &
velum distenditur, vt CRUCE Do-
mini facta aquarum fluenta rum-
pantur; & hoc dominico securi si-
gno, portum salutis petunt. *S. Am-*
brof. Tomo 5. Serm. 56.



ChrisTiadas, tortor, conuellere stirpe laboras,
66. Fæmineo cum sit robore victa manus?



*Ancyræ, in Galatia,
sub Iuliano Apostata.*

Sanctus GEMELLVS Ancyrae in urbe Galatiæ post acerbissimos crudelitatem Imperatore Iuliano Apostata, crucifixitur. *Metaph. Menolog. Martyrologia omnia.*

Sicut qui patibulo CRVCIS affigitur, non iam præsentia contemplatur, nec de suis affectionibus cogitat; non procrastino die solicitudine curaque distenditur, nulla possidendi concupiscentia permouetur: ita & nos, timore Domini CRVCFIXI. *Ioan. Cassian. lib. 4. c. 35.*



67. Perculit attonitum si dextra Scuola Regem;
In Gemini gemini causa stuporis erit.

*In Gallia,
Philippo Augusto Rege.*

Rege Philippo Augusto, in Gallia Iudei quendam Christianum puerum, RICHARDVM nomine, per summum religionis nostræ ludibrium crucifixerunt; ob eamque rem fæx illa hominum ex Gallia eiecta est. *Paul. Aemilius de Histor. Franciæ lib. 5.* Huius corpus quiescit in Ecclesia SS. Innocentium in campellis Parisiis, vbi multa patrantur miracula. *Rigord. in vita Phil. Regis.*

CRVCFIXVS quisque nulla superbia, nulla contentione, nulla æmulatione succeditur: non de præsentibus dolet iniuriis, non præteritum iam recordatur. *Ioan. Cassian. lib. 4. c. 35.*



I decus, i nostrum, tot ponti emense pericula
70. Classibus; hac melius sidern puppe petes.

I N D E X
Sanctorum Crucifixorum
Martyrum.

A.

<i>Acatus Dux militum Armeniorum</i>	35
<i>Agnes Iaponia</i>	66
<i>Agricola</i>	62
<i>Alexander</i>	26
<i>Alphonsus Castrius è Societate I E S V</i>	70
<i>Aloysius puer Iaponius</i>	3
<i>Andreas Apostolus</i>	65
<i>Antonius puer Iaponius</i>	3
<i>Apollonius</i>	42
<i>Aquilinus</i>	44
<i>Asterius</i>	51
<i>Astius Episcopus</i>	41

B.

<i>Balsamus, vide Petrus Balsamus</i>	2
<i>Bartholomæus Apostolus</i>	52
<i>Basiliscus miles</i>	15
<i>Benedicta Virgo</i>	40
<i>Beturius</i>	44
<i>Bessia</i>	

— <i>Bessia</i>	44
— <i>Blandina</i>	31
* <i>Bonifacius Diaconus</i>	48

C.

<i>Calliopius</i>	22
<i>Carpophorus Medicus</i>	49
<i>Christophorus puer Hispanus</i>	18
<i>Claudius</i>	51
<i>Cleonicus miles</i>	15
<i>Consaluuus è familia S. Francisci</i>	3
<i>Cosmas Medicus</i>	56
<i>Cosmus Iaponius</i>	3
<i>Cythinus</i>	44

D.

<i>Damianus Medicus</i>	56
<i>Decem Martyres Antiocheni</i>	63
<i>Decem millia Armeniorum militum</i>	35
<i>Diomedes</i>	53
<i>Dionysius Areopagita</i>	60
<i>Dismas latro</i>	20
— <i>Donata</i>	44
* <i>Draconentius</i>	35

E.

<i>Eucarpus miles</i>	6
<i>Eulalia</i>	



<i>Eulalia Virgo</i>	10
<i>Eutropius miles</i>	15
<i>Eutychianus</i>	53

F.

<i>Faustus</i>	43
<i>Febronia Virgo</i>	37
<i>Felix</i>	44
<i>Franciscus è familia S. Francisci</i>	3
<i>Franciscus alter ex eadem familia</i>	3
<i>Franciscus Iaponius</i>	3
<i>Franciscus Iaponius alter</i>	3

G.

<i>Gabriel Iaponius</i>	3
<i>Gemellus</i>	67
<i>Generosa</i>	44
<i>Gudelia</i>	57
<i>Guilielmus puer Anglus</i>	21

H.

<i>Helias de exercitu Armeniorum</i>	35
<i>Hesychius</i>	53
<i>Hieramus Iaponius</i>	34
<i>Hugo puer Anglus.</i>	38

I.

<i>Jacobus Iaponius è Societate IESV</i>	3
<i>Janua-</i>	

<i>Ianuarius</i>	44
<i>I E S V S C H R I S T V S</i>	19
<i>Joachimus Iaponius</i>	3
<i>Joannes Iaponius è Societate I E S V</i>	3
<i>Joannes Iaponius</i>	3
<i>— Joanna Iaponia</i>	66
<i>— Julia Virgo</i>	30
<i>Julianus</i>	53

L.

<i>Lætatius</i>	44
<i>Leo Iaponius</i>	3
<i>Leonides</i>	53
<i>Leontius Medicus</i>	49
<i>Liberatus Abbas</i>	48
<i>Lucillianus</i>	32
<i>Ludouicus Iaponius</i>	66
<i>Lycarion</i>	33

M.

<i>Macarius Patriarcha Antiochenus</i>	23
<i>— Magdalena Iaponia</i>	66
<i>Marcus & Marcianus</i>	59
<i>Marinus senex</i>	47
<i>— Martha & Maria Virgines</i>	9
<i>Martinus è familia S. Francisci</i>	3

L

Mat-

<i>Matthias Iaponius</i>	3
<i>Maura</i>	28
<i>Maximus puer Monachus</i>	48
<i>Menalippus</i>	53
<i>Michaël Iaponius</i>	3

N.

<i>Nartalus</i>	44
<i>Neon</i>	51
<i>Nestor Episcopus</i>	14

P.

<i>Pantagape</i>	53
<i>Paphnutius Abbas</i>	55
<i>Paulus Iaponius è Societate I E S V</i>	3
<i>Paulus Iaponius</i>	3
<i>Paulus Iaponius alter</i>	3
<i>Petrus Apostolorum Princeps</i>	32
<i>Petrus Episcopus Damascenus</i>	58
<i>Petrus Balsamus</i>	2
<i>Petrus Baptista è familia S. Francisci</i>	3
<i>Petrus Iaponius</i>	3
<i>Petrus Helcius</i>	4
<i>Phengon miles</i>	6
<i>Philippus Apostolus</i>	27
<i>Philippus è familia S. Francisci</i>	3
	Phi-

<i>Philippus</i>	53
<i>Philadelphus</i>	53
<i>Philomenus</i>	64
<i>Pionius Presbyter</i>	7

R.

<i>Richardus puer Gallus</i>	68
<i>Rogatus Monachus</i>	48
<i>Rusticus Subdiaconus</i>	48

S.

<i>Sacerdos quidam in Gallia</i>	69
<i>Sancti aliquot Tyrii</i>	13
<i>Sancti penè innumerabiles Romani</i>	36
<i>Scillitani Martyres</i>	44
— <i>Secunda</i>	44
<i>Septimus Monachus</i>	48
<i>Seruus Subdiaconus</i>	44
<i>Simon Tridentinus puer</i>	17
<i>Sixtus Papa</i>	46
<i>Speratus</i>	44
<i>Symeon Episcopus</i>	12

T.

— <i>Tarbula Virgo cum ancillis</i>	25
<i>Thalus</i>	16
<i>Theodorus Dux</i>	8

<i>Theodorus de exercitu Armeniorum</i>	35
<i>Theodorus alter de eodem exercitu</i>	<i>ibid.</i>
<i>Theodorus miles Pergensis</i>	54
<i>Theodulus senex</i>	11
<i>Thomas adolescens Iaponius</i>	3
<i>Thomas Iaponius</i>	3
<i>Timon Diaconus</i>	24
<i>Timotheus</i>	28
<i>Trophimus</i>	16

V.

<i>Venantius adolescens</i>	22
<i>Ventura Iaponius</i>	3
<i>Vincentius Levita</i>	5
<i>Vitalis</i>	61

W.

<i>Vilgefortis Virgo</i>	45
--------------------------	----

Z.

<i>Zoticus</i>	50
----------------	----

FINIS.


C E N S V R A.

QVOD præsenti libello, CHRISTI
CRVCIFIXI TRIVMPHVS,
graphicè & in imagine repræsentetur;
admodum vtiliter, ad pietatem Chri-
stianis pectoribus inserendam, CRV-
CISQUE gloriæ promouendam, in lu-
cem edetur.


*Laurentius Beyerlinck Antuerp. S.Theolog.
Licent. Cathed. Eccl.B. Mariæ Canonici-
cus, librorumque Censor.*


ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. DC. VIII.

















XXI